

Johann Gabriel Pries


**De Temporis Ac Aeternitatis Conceptv : Pavca Praefatvs Ad ... Natalem ... Domini
Friderici Dvcis Regnantis Megapolitani ... Die IX. Novembr. MDCCLXXII. Pvblica
Celebrandvm Pietate ... Invitat**

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1772]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881602329>

Druck Freier  Zugang






MK-9453. (2)



Inhalt:

- Progr. z. Geburtstagsfeier des Landesfürst. 1754. m. Ath. Pries, Jen. XLII, 43.
- Progr. z. Geburtstagsfeier des Landesfürsten 1755. m. Ath.: Pries, De div. leg. Mosaic. praesentia.
- 1756 " " " " " " " " " " " "
1757. " " " " " " " " " " " "
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De Fructibus theocratia.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De Henrico Pacifico.
- " zur Friedensfeier 1763. ^[1762 steht Mk. 55 16.]
- " Geburtstagsf. d. " 1764. " " " " De lit. apud Romanos.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De facti alieni imputatione.
- 1766 " " " " " " " " " " " " " " " " " De variis rebus N. T. qd. lecturibus.
1767. " " " " " " " " " " " " " " " " " De divina stili script. N. T. auctoritate.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De LXX interpretibus.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De volupt. ex relig. percipienda.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De script. profanis.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De Facite in reb. sacris ignorantia.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De temporis et aeternitatis conceptu.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " Joh. I, 1, 4.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De E. Karwoodii libello de symbolo Athenesiano.
- " Reformationsfest 31. Oct. 1775.
- " Geburtstagsf. d. Landesherm 1775. " " De Christo ...
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De can. libr. V. T. auctoritate.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De Edda Islandica.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " De anthropodaemonibus.
- " Gedächtnisf. f. Herzog Friedrich 1785.
- " Einführung d. Direkt. Fuchs. 1789. " Piper, Ab. Einrichtung d. Domschule.
- " off. Schulprüfung 1789.
- " Cantate z. Lehrer. Einführung 1789.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " 1792.
- " " " " " " " " " " " " " " " " " 1793. (Winter)
- " " " " " " " " " " " " " " " " " 1793. (Sommer) m. Ath.: Fuchs, Ex Evang. ostenditur, quomodo...
- " " " " " " " " " " " " " " " " " 1796.



76
DE
TEMPORIS AC AETERNITATIS

CONCEPTV
PAVCA PRAEFATVS



AD

GLORIOSISSIMVM NATALEM
SERENISSIMI DVCIS, PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

F R I D E R I C I

DVCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI
PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVERINI AC
RACEBV RGI, COMITIS ITEM SVERINENSIS, TERRARVM
ROSTOCHII AC STARGARDIAE
DYNASTAE,

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,
SOLLEMNIORIBVS PVBLICISQVE ORATIONIBVS

IN GYMNASII AVDITORIO MAIORI
DIE IX. NOVEMBR. A. R. S. MDCCCLXXII.

PVBLICA CELEBRANDVM PIETATE,

MAECENATES ATQVE FAVTORES
CRESCENTIS IN SPEM PATRIAE IVVENTVTIS
SVMMOS OPTIMOS

EO, QVO DECET, HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV
INVITAT

M. IO. GABR. PRIES,
DVCALIS GYMNASII GVSTROVIENSIS RECTOR.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

1772



DE
TEMPORIS AC AETERNITATIS

DOMINI

ERUBESCENTIA

DOMINI ROSAE CLEMENTISSIMI

IN ANNO DOMINI

M. DC. LXXVII

ROSTOCKI
M. J. ADRIANI



Breuis licet, et minutae molis liber, quem de coetu, cui Stendaliae praeest, christiano optime meritus, ac clarissimus G. C. SILBERSCHLAG, de tempore ac aeternitate superiori edidit anno, mirificè, simulatque exiit in lucem, viris grauissimis et litteratissimis sese probauit 1). Nouam enim et antea inauditam de aeternis, quas Deus, iustissimus ac seuerissimus iudex, a sceleratis et damnatis repetet, poenis profert sententiam. Contendit enim, impios illos extra omne viuere tempus, nec flagitia et crimina, quae quondam admiserunt, cum istis, quae in omne perferent aeuum, suppliciiis et crutiatibus posse conferre. Quare hac via et ratione vir ingenio prudentiaque acutissimus omnem illis diuinae iustitiae, bonitatis ac sapientiae criminandae occasionem eripi arbitratur, qui de iniquitate diuina ac immanitate conquerendi, miseros et ad supremam calamitatem deiectos spiritus habere causas asserunt, simulque negant, Deo conuenire, poenas peccatis, in hac, qua nihil est velocius, nihilque breuius, vita commissis, longe maiores ac grauiores constituere. Tuetur hanc sententiam contra omnes, qui de aeternis suppliciiis ac doloribus doctrinam nostra impugnarunt aetate, ac in primis contra I. P. T. Adnotationes in libros symbolicos, vbi pag. 618. scribit: Fingas, quae so, tantae molis librum, qui ipsas stellas attingeret fixas, cuius paginae innumerabilem numerorum seriem complectentur

1) Inscrubitur ita: Zeit vnd Ewigkeit mit einander verglichen von G. C. Silberschlag, Pastore zu St. Petri in Stendal, Berlin 1771.

rentur, quibus modo quasdam aeternitatis commetiremur partes. Quid tot decies centena seculorum millia essent, si velis cum ipsa aeternitate componere ac comparare? nihil, nihil sane, nisi exiguum, ac tenue temporis infiniti initium. Quae esset proportio inter culpas, quas vitae spatio, exiguis circum scripto regionibus contraxerunt, et inter poenas, quas iam apud inferos luerunt, et omne luent aeuum? Absit, inquit, absit quam longissime a Deo, alias benignissimo, et ad misericordiam propensissimo tanta irae grauitas, tantaque Saeuitia?

Vtrum vero huic nodo Gordio soluendo apta et idonea sit sententia, quam perspicacissimus SILBERSLAG vberius exposuit, an minus, ego quidem vehementer dubito 2). Sit genius ille ex orco, sint ceteri damnati ac flagitiosi omnis temporis minus conscii, sitque nulla mensura, cuius ope temporis partes ac momenta indicari solent; nihil est quidem fateor, quod de dolorum ac cruciatuum longinquitate ac diurnitate quaerantur. Tamen haec ad scrupulum, quem acutissimus Adnotationum in libros symbolicos auctor nobis iniicere studet, plane tollendum, et Dei iustitiam ab omni vindictae et crudelitatis suspicione vindicandam nihil valebunt. Quid enim opus est alicuius annui, menstrui, diurni nocturnique spatii significatione? Nonne homines, oculis ac auribus capti, nonne animantia, rationis expertia viuunt in tempore, cum eo procedunt, ac labuntur, quibus solis et lunae cursus ac caeli fiderumque motus obseruandi nulla est facultas? Et quis est, qui in altera vita longe aliam regulam ac dimensionem, qua nos in temporis interuallis ac momentis vtimur dimetiendis, posse locum habere neget, aut in dubium vocet?

Reputet

2) Ein Buch von solcher Größe, vnd Innhalte, was für ein Gedanke ist das! Heißt das nicht Ewigkeit in Zeit verwandeln? Wie kann eine vndliche Anzahl von Jahren da statt finden, wo sich überall keine Zeit gedenken läßt? Oder was für Jahre kann es jenseit des Grabes geben, wo weder Sonne noch Mond scheinen, wo Tag vnd

Nacht nicht abwechseln, wo der Mensch das, was er ist, nur in sich selber ist. Fallen alle diese Theile der Zeit weg; so fällt auch jene schreckliche Stimme der Myriaden von Jahren, weg. Mithin sagt der hier angebrachte Gedanke gar nichts, v. f. w. Pag. 82. 83.

3

Reputet denique, quaeso, qua ratione duo haec, quae sibi utri-
que repugnant, quaeque defendit, bene recteque possint con-
ciliari: quorum alterum, impiorum duratio nulli vicissitudini,
nullique successioni est obnoxia, et alterum, malum illud, quo
premuntur, crescit in immensum 3). Nonne potius duratio,
omni carens mutatione, soli Deo erit attribuenda, naturis au-
tem deneganda finitis et imperfectis, quarum vires et faculta-
tes in singulas mutantur horas, augeantur, aut minuantur, est
necesse?

Digna sententia, quae a populari valde discrepat, mi-
hi esse videtur, quae paulo altius repetatur. Tota res, si quid
est in me ingenii, eo redit, ut in disputationem vocemus, an
aeternitas omne adeo excludat tempus, ut alterum alteri sit
prorsus aduersarium. Duplici ratione tempus, in se nimirum
ac simpliciter, et deinde in relatione ad res, quae in eo sunt,
spectari potest. Quid aut quale sit illud, me plane ignorare,
ingenue fateor. Habent autem in animo, sibi que fingunt
omnes, qui tempus fuisse ante mundum conditum arbitrantur,
aut quaerunt, cur Deus hunc orbem terrarum non ocius, aut
ferius condiderit. Quod qui cupiunt sibi explicari, rationem
sibi reddi volunt, quam ob rem non fuerit tempus, antequam
esset tempus, quod a sana abhorret ratione. Durationem qui
vocant, cogitent velim, durationem sine rebus, quae durant,
esse vocabulum, cui nulla respondet notio, quam ob rem rectius
vocaveris animi visum, ens fictum, ac imaginarium. Longe
alia est temporis ad res, quas videmus, ceterisque percipimus
sensibus, relati indoles ac conditio. Est illud nihil aliud, nisi
duratio, aut existentiae rerum continuatio, cum successione
quadam, variisque interuallis, mutuo se excipientibus, ac inter
se secretis coniuncta: nam fieri non potest, ut alia ratione per-
durent, ac earum natura imperfecta, et combinatio cum ceteris
in mundo patitur. Quo maior igitur est perduratio, et rerum,
quae perseverant, multitudo, eo maius erit temporis spatium.
Duplici quoque ratione aeternitas potest considerari. De ae-
ternitate simpliciter spectata, idem fas est, ut dicamus, quod
de tempore in se considerato modo diximus. Sunt, qui ab
aeter-

3) Pag. 43. 44. 45. 103. v. f. w.

aeterno esse rerum essentias improprie asserunt. Qualis autem haec sit aeternitas, quum essentiae nullius durationis, aut existentiae continuationis participes esse possint, non liquet. Ad res, ac in primis ad Deum si referatur, nihil impedit, quo minus eam dicamus existentiae eius durationem omni initio ac fine carentem. Diuina enim et omnium perfectissima natura est ea, ut singulari gaudeat constantia, ut semper maneat, ut necessario existat, nihilque in eius duratione sit prius, nihil posterius, unde et vocatur aeternitas fixa, ac interminabilis vitae rota simul, atque perfecta possessio. At illarum, quae a Deo sunt conditae, rerum conditio ac natura perpetuis motibus et vicissitudinibus agitur, ac instar fluminis decurrit, quam ob rem earum duratio aeterna vocatur successiua aeternitas, tempus infinitum, aeuernitas etc. Facile ex his intelligi potest, quod in aeterna rerum finitarum duratione sit successio, sint momenta, sint interualla ac partes, i. e. tempus. Unde et maxime mundus, si potuisset initii expers esse, et vna cum Deo existisset; eo prorsus modo, quo Deus, aeternus dici non posset, quum totam durationem non simul, ac semel complecteretur, sed successiue modo impleret.

Explicatis temporis aeternitatisque notionibus, doctrinam, a doctissimo sententiae nostrae oppugnatore traditam, paucis modo cognoscamus, est necesse. Temporibus notio, quam adfert, in eo consistit, quot sit mutationum series, quibus res, extra nos positae, nosterque status subiiciuntur 4). In eo nos Ei facile praebemus ad sensum, quod tempus, aequae ac locus non ipsas, quae sunt in tempore aut loco efficiant res. Non enim est interna rei proprietas, sed modo relatio, quae tamen, quod utique obseruandum esse arbitror, non raro fieri potest internae mutationis alicuius rei causa. Quid autem per statum generatim intelligatur, aut qualis sit internus et externus, non exposuit. Statum ex Philosophorum fere omnium consensu efficiunt alicuius rei proprietates mutabiles, quae vna existunt cum fixis, quae si sunt internae, statum reddunt internum, sicuti externae, externum. Qua ex re clarum et perspicuum erit, quod, posito alicuius rei statu, interno, siue externo, tempus

4) Pag. I. seq.

pus ponatur, et tempore negato, negetur status, unde et fit, ut Deum nullo esse in statu affirmemus. Male cum his cohaerent, quae ipse de beatorum aut damnatorum statu tradit, dum eos huius quidem, non autem temporis esse conscios affirmat. Non tollimus quidem differentiam inter status aut durationis, et temporis, in quo vivimus, conscientiam, licet in hac controuersia plus subtilitatis, quam veritatis habere videatur 5). Sed numquam id a nobis concedi potest, quod res, quae perdurat, status sui, aut temporis nescia, non sit in statu, aut tempore. Disputat insuper hac de re saepius adeo confuse, ut ipsi ne verba quidem sint, quibus animi sensa exprimat. Nam confundit tempus absolute spectatum cum tempore, respectiue considerato, atque infert obscuritatem ac ambiguitatem. Quis est, qui intelligat, quae vis et potestas sit, cui haec verba sint subiecta: Distinguiamus tempus ab eo, quod non est tempus, ut eius subsidio ad temporis eiusque longinquitatis cognitionem peruenire possimus 6). Nihil denique est, quod tot viros, ingenii praestantia nemini secundos, erroris aut confusionis accuset, nimio suae nouae hypothesis amore adductus 7). Illi enim sibi a notione de tempore atque aeternitate deceptrice omni cura cauerunt, rebusque finitis modo eam, quae ipsarum naturae conuenit, attribuerunt aeternitatem.

Plura ut addam, eo minus operae pretium esse arbitror, quum ex his, quae disputauimus, satis constet, principia, quibus stabilitur haec opinio, non esse clara, certa atque indubia. Praestat in hac doctrina sacrum sequi codicem, quam sanam rationem. Non possum vero, quin aegre feram, Virum, laude mea longe superiorem, litteris sacris abusum fuisse 8). Boni est interpretis, sensum eruere, non inferre. Euoluat, quaeso,

5) Pag. 15.
 6) Laßt uns das, was blos Zeit ist, von dem, was nicht so schlechterdings Zeit ist, ob wir uns gleich dadurch der Zeit gewisser Maaßen bewußt sind, unterscheiden, v. f. w. pag. 10.
 7) Was kann ich dafür, daß in denen von diesen Sachen auf die Bahn

gebrachten Meinungen so oft eine Zeit in die Ewigkeit hinein gedacht wird, v. f. w. pag. 11.
 8) Die heilige Schrift redet von den Sachen, die die Ewigkeit betreffen, allemal so, wie die wahren Begriffe es mit sich bringen. Sie sagt: die Seligkeit der Auserwählten werde

quaeso, Apoc. Cap. XIV, v. II. *καὶ ἔκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτός.* et Cap. XX, v. IO. *καὶ βασανισθήσονται, ἡμέρας, καὶ νυκτός εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.* Legat, quaeso, et iudicet: *utrum vincat sua ipsius noua, an superet nostra, eaque communis, ac vulgaris sententia.*

Ab vberiori tam reconditi argumenti discussione me reuocat gloriosissimus, ac iucundissimus dies FRIDERICI, Ducis nostri regnantis, Natalis. Declarandae publicae in Deum O. M. qui Duci nostro, Patri Patriae optimo fauet, diuque fauebit, pietatis interpretes se obtulerunt Iuuenes industrii, atque probi.

I. OTTO GODOFREDVS FRIDERICVS HENRICVS ENGEL, Kritzkoviensis, singularem Dei curam de Principum vita ac salute, carmine latino depraedificabit.

II. CAROLVS IOACHIMVS KAYSEL, Gustrouiensis, de humana vita, quasi fabula, latine edifferet.

III. HENRICVS CHRISTOPHORVS KOTH, Gustrouiensis, de Socratis virtutum pretio teutonice dicet.


IV. FRIDERICVS STEPHANVS HANE, Plauiensis, Lucretii de rerum nat. L. I, versum IO2.

Quantum religio potuit suadere malorum, carmine Germanico illustrabit, simulque pro Ducis nostri salute vota DEO persoluet.

Vos vero, quibus haec nunc traditur tabella, Viri, quorum titulos vix haec scriptiuncula capit, generis, munerum, meritorum, litterarum etiam elegantiorum nomine suspiciendi, venerabiles amandi, fauete dicturis laetissimo illo die hora decima matutina! et quorum hoc rationes ferunt, praesentia etiam Vestra, perquam nobis honorifica, demonstrate! non ita abiecte apud nos sentiri de mansuetioribus Musis, uti non summi etiam Viri aliquam temporis partem illis impendere soleant.

de nicht aufhören, vnd die Vnselig- von Millionen von Seculis von lang-
keit der Verdammten werde kein wierigen vnd vnermeslichen Zeitläuf-
Ende haben, aber sie redet nirgends ten, p. IO3.

P. P. GVSTROVIAE DIE VIII. NOVEMBR.
A. R. M. S. c1o1oCCLXXII.



als auf den Staat seyn. Er wird einer zügellosen
heit, woraus Spaltungen, Sectirerey, Verfol-
d Notten entspringen, mit sanftmüthigem Ernst
hun. Er weiß es, daß die Religion, die Christus
dem Staate gute Bürger, arbeitsame, aufrichtige,
ehrliebe und rechtschaffene Unterthanen verschaffet.
es, daß die so theuer erworbene Bekenntnißbücher
irche eine Schutzwehr unsrer Ruhe und Sicherheit
onsübungen sind. Er wird daher diese gegen alle
ngen in seinen Schutz nehmen. Dem Höchsten
! daß wir noch in so manchem Minister, von dessen
Weisheit und Klugheit die Wohlfahrt ganzer
abhänget, einen Freund Christi, der seiner Reli-
e macht, hochzuschätzen, das Glück und die Freude

dieser Betrachtung giebt mir die milde Stiftung,
thätige Gesinnung Sr. Excellenz des Hochwohl-
en Herrn, Herrn Christian Ulrich von Ke-
— — — gegen unsern Musentempel Gele-
Nach diesem Institut, welches dem Herrn Gehei-
zum unvergeßlichen Ruhm gereichen wird, soll das
t der Reformation des großen Luthers am 31sten
durch eine deutsche Rede, welche der Feyer dieses
maß ist, vor den öffentlichen Lehrstunden dem Höch-
Preise jährlich erneuert, und unter fleißige und ge-
schüler Bücher ausgetheilet werden. Keine Zeit
wohl mehr die Erneuerung dieser Wohlthaten, wel-
seiner Kirche erwiesen, als eben die gegenwärtige,
e von so vielen verkannt werden. Der Herr Ge-
th hatte im vorigen Jahre sein funfzigjähriges Amts-
auf einem seiner Rittergüter gefeyret, und war
n von dem Allerhöchsten mit vieler Munterkeit des
und Leibes gesegneten hohen Alter von einer zahl-
reichen

